



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

4 Canon 15. Apostolicus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

ppote ad maius lucrum, cum possit ipse iis qui
 sic habitant pietatis verbo conferre: idque
 non ex se, sed multorum Episcoporum iudicio
 & maxima exhortatione. De Clericis omnibus
 Canon Apostolicus mox inde sequens ni-
 mirum 15. idem fere constituit, ne scilicet ab-
 sine sui Episcopi venia commigrent aliò; graui-
 ssimam sancita transgressoribus pœna. versio ta-
 men (vt illud obiter hic moneamus) doctissimi
 illiusque viri Francisci Turriani clariore &
 castigatior nobis exhibet eos canones Aposto-
 licos in fine lib. 8. eiusdemque vltimi Consti-
 tutionum Apostolicarum per Clementē Ro-
 manum ipsius D. Petri discipulum & successo-
 rem luculentissimè conscriptarum, vbi licet
 Canones Apostolici numerentur duntaxat 75.
 Photius & alij numerent 85. res tamen
 eadem prorsus est eadem. quandoquidem Cle-
 mens aliquando duos vel tres Canones con-
 stabat in vnum. Latini scriptores Isidorum
 Hispalensem ferè secuti (qui in principio sui
 decreti 47. canones Apostolicos ponit) solos
 47. descriperunt, quorum vltimus est
 de trina immersione in baptismo. quos tamè
 47. contrahunt alij solos in 41. sicut alij contra di-
 stant eosdem in 50. quem numerum ponit &
 Gratianus distinct. 16. in princ. & seqq.
 Quorum quidem Canonum Apostoli-
 corum omnium tanquam *γνησιων* & ingenuo-
 rum seu verissimè ab Apostolis factorum asser-
 tionem defensionemque petes ex eodem Tur-
 riano

4
 Canon. 15.
 Apost.

5
 Apostolico-
 rum Canonū
 numerus &
 auctoritas.